BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

BERENGARII FERNANDI I. V.

DOCT. EXIMII, ET IN
ACADEMIA TOLOSANA REGENTIS,

LVCVBRATIONVM LIBRI V.

antehac in lucem editi.

QVIBVS SEXTVM DE FVTVRA CONVENTIONALI ſucceſſione pacta complexum adiunxit, opera credo, Iuriſprudentiæ ſtudioſis cùm vtilia, tùm maximè iucunda.

Recens verò emendati, & multo locupletiores redditi. Acceſſerunt enim huic poſtremæ editioni, citra notas aliquot perutiles ab eodem Fernando adſcriptas, tractatus quatuor antehac in lucem non emiſſi. Vnus, De gradibus; alter in l. generaliter. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condit. fact. Tertius, in l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. Poſtremus, in Authent. de heredib. ab inteſtato venientibus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVGDVNI,
APVD IOANNEM VEYRAT ET
THOMAM SOVBRON.
M. DC I.

ILLVSTRISSIMO D. D. FABRO SAINIORIANO SVPREMI THOLOSATVM SENATVS PRINCIPI, MICHAEL FERNANDVS VTRIVSQVE IVRIS Doct. S. P. D.

INANIS & irritus triremium ſudor eſt (vir ornatiſſime, clariſſimeque Præſes) niſi & eorum vigiliis nauium magiſter pari induſtria reſpondere ſtuduerit: quò facilius nauis iter poſſint voſtra videre ſuum. Inanes inquam & irriti labores iſti quorum lumen, tenebrarum obſcura nubilat caligo. Nec abſimili ratione Berengarij Fernandi in vniuerſitate Tholoſanæ profeſſoris & patrui mei, nuper vita defuncti opera nubibus quaſi quibuſdam ad huc vſque inuoluta, tuo niſi ſydere clareſcant, irrita putaui maxime, cum de illis cogitarem edendis, ne ſcilicet Zoilorum quorundam proteruia inſequatur, & ſuſurret multitudo, quibus ego, quaſi ſerpentibus, te quercus alicuius vmbram ſperarem & peterem, aut eorum inutiliter emiſſa Gorgoneo te clypeo contuſurum ſpicula, ſi prius, ex officios dignitatis tuæ præſtantiam, & magnitudinis altitudinem (Præſes ampliſſime) ſuppliciter implorauero, quam quidem omnibus (vt aiunt) votis & precibus obſecro, & obteſtor, patronus ſis ac tutor, præſidio tuo foueas precor, ne tantorum operum, quæ nepotibus noſtris, & poſteritati ſtudent multum, in tantam dignitatem venenata, ſpirent, eaq; inficiant ora colubrum. Non enim illuſtrium hominum res geſtas imbecillitatis eorum vitio comprimi præclarum eſt, præclarius illud ſi benignitatis tuæ conto tot Syllas, tot Charybdes præteruehat nauis iſta: cui ſi numen tuum Pollux alter extiterit, tuo numini Æneas alter ero, & vt in concedendo rei beneficio gratus fueris & propenſus, ita in conſeruando conſtans & perpetuus. Quod vt facias gratum opus illud tibi fore tantum precor, quantum in opere edendo grata mihi conceſſa facultas à te, & auctoritatis dignitate, & dignitatis auctoritate permiſſa fuerit. Quò humanitate tua beneficij munere deuinctum magis, deuinctas (ſi quæ ſint) defuncti reliquias, deuinctiores denique in poſterum tibi nepotes habeas. Vale.

Arbor Conſanguinitatis.

IVRISCONSVLTORVM traditiones nos docent, aliorum etiam in Iure noſtro ſcribentiũ vnamquanque materiam facilius intelligi, ſi eam per articulos, aut capita diſtribuamus, text. in l. 1. ff. de doli, exceptione. text. in l. Caſus. §. Titius. ibi, ſed quò facilius conductorem inueniret per duas partes locabat. ff. de legat. 2. glo. in d. l. in verbo. quò dilucidius. glo. in §. Igitur. in proœ. Inſt. in verbo. eaſdem. Bart. princeps Ciuilis iuris interpretũ, in rub. ff. ſolut. matr. nu. 8. cum ſequent. Obſeruant cæteri, qui difficilem aliquem locum ſunt explicaturi. Nos igitur quatuor articulis conſanguinitatis Arborem explanabimus.

PRIMVS erit, quid vtilitatis colligimus ex oculari inſpectione, ſiue Arboris conſtructione. Alter, quænam ſit vtilitas in cognoſcendis ſecundum Ius Ciuile gradibus cognationum. Tertius quantum erit emolumentum eorum graduum dignoſcendorum, apud ſacrorum Canonum conditores. Vltimus ſuper declaratione corporis Arborei, & contentorum ibi verſabitur. Velim tamen te minimè mirari, ſi vtilitatum videar diligens perquiſitor. Quippe id eſt aut hominum, aut temporis vicium, ne quicquam faciamus, niſi vtilitatis etiam pecuniariæ, plena ſunt omnia.

AD ARBORVM EXPLANATIONEM.

Primi articuli inſigniora.

1 *Arborum vſus quamobrem inuentus.*
2 *Oculari inſpectione complura egere.*
3 *Fines rerum immobilium exprimendi.*
4 *Falſitas reſcriptorum quo pacto dignoſcitur.*
5 *Negatiua poſitio quomodo probetur.*
6 *Nouum ex his, quæ oculari iudicio liquent, commodum.*
7 *Arbores, aliorum reiecta ſententia, non eſſe authenticas.*

1 ARBORIS confectio † ob eam rem neceſſaria aut certè vtilis eſt, vt graduum dinumeratio oculis ſubiiceretur, ſenſúque viſus comprehenderetur, qui cæteris efficacior eſt, atque præſtantior, ſecundum Ariſtot. in libr. de Senſ. & Senſ. Imò participat de natura aliorum ſenſuum. ſecundum Bal. in l. Teſtium. in 2. q. in prin. C. de. Teſt. Ideo Paul. de Caſt. in l. 1. nu. 3. ff. de his quæ in teſta. dele. inquit, deponentis teſtis rationem

Sequitur Arbor communis forma.



1 QVARTVM ſupereſt, nempe quonam modo corpus † Arboris diuidatur, quod ſic explicato. Arbor eſt duplex. Agnatorum & Cognatorum. Relinquo vobis notam differentiam inter Agnatos, qui ſunt omnes ex linea paterna, & cognatos ex linea materna. §. 1. Inſtit. de legitima agnat. tut. l. Iuriſconſ. ff. de grad. §. primo, Inſtit. de legitima agnat. ſucceſſ. Arbor Agnatorum ſit ex linea maſculinorum ex parte dextra in formam vexilli facta, quia accipies Petrucium cum fratre, qui deſcendunt ambo ex communi ſtipite patre. Item accipies patrem Petrucij, cum pa-

truo

Sequitur Arbor Conſanguinitatis Diuiſa.



FORMES illam, vt ſuperior formata eſt in collateralium perſonis, poſitis duabus lineis rectis, quod cur ita faciendum ſit, accipe. Quoniam filius primo gradu cum patre primo gradu cum matre coniungitur, licet duo gradus minimè reperiantur, qui profectò neceſſariò duo eſſent, ſi vnam Arborem tãtùm eſſe affirmares, in qua tres reponerentur perſonæ. Dubitare tamen poſſes, nunquid matertera poſita in Arbore mulierum, contingat fratrem, qui ponitur in Arbore maſculorum. Dico ego quòd ſi ille frater eſſet frater Petrucij deſcendentis ex aſcendentibus tangentibus materteram, debet poni ille frater in cellula Sororis, & deinde

nume

Index.

in Trebellianicam cur partis legata non imputetur, titulo diſſormi re accepta. num. 8. 189

Trebellianica an ex fideicommiſſo particulari. num. 6. 134

Trebellianica ex corporibus hereditarijs ſumitur. num. 2. 229

Trebellianicæ detrahendæ ratio communis. nu. 7. 64

Trebellianicam deduci, prohibitio etiam tacita recipitur: reiectis quinque rationibus contrarijs. nu. 11. 156

Trebellianica vnde ſic dicta. nu. 4. 132

Trebellianica an à ſtatuto tolli, an etiam à teſtatore queat. num. 6. 148

Quod teſtator poſſit defenditur. nu. 7. 151

Trebellianicam imputationem quæ agnoſcant, nouem regulis dignoſcitur, quarũ prima ponitur. nu. 1. 228

in Trebellianicam imputantur omnia quæ teſtatoris iudicio vniformiter capiuntur. nu. 2. 198

in Trebellianicam non imputantur quæ inter viuos ſumuntur. num. 1. 206

Trebellianicam deduci ex corporibus, ſeptem habet limitationes. quarum prima eſt. num. 3. 230

Triplicæ, & quadruplicæ non tolerantur, in Gallia. num. 5. 176

Trium vulgarium & penè futilium quæſtionum ſolutiones. num. 15. 23

Turba quomodo fit in beneficiorum Eccleſiaſticorum poſſeſſione. num. 6. 309

Turba verbalis non gignit ſtatutum querelæ. nu. 23. 316

V

VArietas ingens in legum interpretationibus. num. 25. 292

Varietatem legum quidem temere contemnunt. numero 20. 313

Vaſſallus an proprietatem rei habeat. nu. 2. 280

Venditor quomodo de euictione teneatur. numero 1. 451

Verba impropriè ſunt, vt libellus defendatur. num. 3. 280

Verba quibus petitorium & poſſeſſorium proponatur. num. 4. 419

Veſtimenti verbum, veſtitne pacto conueniat. num. 11. 428

Veſtimenti nomen, an recte legis auxilio tribuatur. num. 15. 440

Veſtimentum pacti nouè declaratur. nu. 14. 439

Veſtimentum cauſa quondam fuerit. nu. 5. 469

Vim vi repellere, impunè nemo poteſt in Gallia. numero 16. 271

ſi Vinco vincentem te à fortiori vinco te. num. 15. 598

Vinculum inter eoſdem aliquando multiplicatur. numero 4. 26

Violentiarum quinque exempla. nu. 10. 303

Vita actiua an vtilior ſit vita contemplatiua. nu. 15. 703

Vltima derogant prioribus, in multiplici negotio. numero 1. 472

Vniformi, aut diſformi iure quando res capi dicantur. num. 4. 175

Vocantur plures alternatiuè, inter quas effectio diſpar, non ſimul, ſed ordine, varioque gradu. numero 13. 688

Voluntas patris inter liberos nullam ciuilis iuris ſolemnitatem exigit. num. 5. 640

Vſucapionem iuris eſſe oſtenditur. num. 20. 289

Vſuræ nudo pacto promiſſæ petuntur iure Ciuili bifariam. num. 2. 478

Vſusfructus Caſtrenſium vel quaſi, an transeat in auum mortuo filio, an remaneat penes nepotes. num. 9. 594

F I N I S.

LVGDVNI,

Excudebat Guichardus Iullieron, Typographus Regius. 1600.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA